Innocentius IV. Henrico Archie-piscopo Prussiae Livoniae et Estoniae S. S. A. Legato, ut unum ad Eppatus dignitatem efferendum a defectu natalium solvere queat.

Innocentius Eppus servus servorum Dei Vbli Fri Archieppo Prussiae Livoniae et Estoniae Apicae Sedis Legato salutem et Apcam benedictionem.

Cum tibi tam in Prussia, quam in Russia ordinandi Eppos plenam concesserimus facultatem, praesentium tibi auctoritate concedimus, ut cum uno, quem ad Pontificatus dignitatem dignum inveneris, super defectu natalium, dummodo de adulterino vel incestuoso coitu natus non sit auctoritate nostra dispenses et ipsum valeas libere in Eppum ordinare

Datum Lugduni V. Kal septembris Pontificatus nri Anno 5.